



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia
colit ac veneratur.||**

Merlin, Jacques

Coloniae, 1530

VD16 M 4842

Decreta Cleme[n]tis pa. & mar.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)

XLVI. ¶ Episcopū aut presbyter, hæreticoꝝ suscipientem baptisma, damnari præcipimus. Quæ em̄ cōuentio Christi ad Belialꝝ aut quæ pars fideli cum infidelitꝝ

XLVII. ¶ Episcopus aut presbyter, si eū qui secundū veritatē habuerit baptisma, denuo baptizauerit, aut si pollutū ab impijs nō baptizauerit, deponat, tanq̄ deridens crucē & mortē dñi, nec veros sacerdotes à falsis sacerdotibus iure discernens.

XLVIII. ¶ Si quis laicus vxorem propriam pellens, alteram, vel ab alio dimissam duxerit communionē priuetur.

XLIX. ¶ Si quis episcopus aut presbyter, iuxta præceptū domini non baptizauerit, in nomine patris & filij & spiritus sancti, sed in tribus sine initio principijs, aut in tribus filijs, aut in tribus paraclētis, abijciatur.

L. ¶ Si quis episcopus aut presbyter, non in trinamerfione vnus mysterij baptisma celebret, sed semel mergat in baptismate, quod dari uidetur in dñi morte, deponatur. Non em̄ dixit nobis dominus, in morte mea baptizate: sed, euntes docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine patris, & filij, & spūs sancti.

Incipit epistola prima Clementis ad Iacobum

Fratrem Domini.



LEMENS, Iacobo Domino, episcopo episcopoz regēti Hebræoz sanctā ecclesiā Hierosolymis, sed & oēs ecclesias, quæ vbiq; dei prouidētia fundatæ sunt, cum patribus, & diaconibus, & cæteris oibus patribus, pax tibi sit semp. Norum tibi facio dñe, quia Simon Petrus, q̄ veræ fidei merito & integræ prædicationis obtentu, fundamentū esse ecclesiæ definitus est, qua de causa etiā dñi ore cognominatus est Petrus, q̄ fuit primitiæ electiōis dñi apostoloꝝ primus, cui & primo, deus pater filiū reuelauit, cui & Chrūs cōpetenter beatitudinē contulit, q̄a & vocatus est, & electus, & conuiuia dñi, & comes

effectus, tanq̄ bonus & probatissimus discipulus, q̄ obscuriorē mundi plagā occidentis, velut omnium potentior illuminare præceptus est, quiq; & integre potuit implere præceptū. Sed q̄ usq; sermone protrahā refugiens indicare quod triste est, q̄d quidē necesse est, licet tarde, pferre. Hic deniq; ipse Petrus q̄ pro immensa charitate, quā erga oēs hoīes gerebat, palā, cū omni fiducia, aduersante etiā tyranno, totius mūdi bonū prædicare non destitit, & regē oīm seculoz p orbē terræ vsq; ad ipsius Romanæ vr̄bis huius notitiā, etiā vt ipsa saluaret iuexit. Hic (inquā) pro pietate pati volens, præsentē vitā finiuit. In ipsis autē diebus qbus vitæ finē sibi imminere præsentit, in cōuentu fratrum positus, apprehensa manu mea, repente consurgēs in auribus totius ecclesiæ, hæc protulit verba. ¶ Audite me fratres, & conserui mei, qm̄ vt edoctus sum ab eo q̄ misit me dño, & magistro meo Iesu Christo, dies mortis meæ instat, Clemētem hunc episcopū vobis ordino, cui soli meæ prædicationis & doctrinæ cathedrā trado, q̄ mihi ab initio vsq; ad finē comes in oibus fuit, & per hoc veritatē totius meæ prædicationis agnouit. Qui in oibus tentationibus meis focius extitit fideliter perseverās. Quē præ cæteris expertus sum dñm colentē, homines diligentē, castū, discendi studijs deditū, sobriū, benignū, iustū, patientē, scientē ferre nonnullos, etiā ex his qui in verbo domini instituuntur, iniurias. Propter quod ipsi trado à dño mihi traditam potestātē ligandi & soluendi, vt de oibus quibuscūq; decreuerit in terris hoc decretū sit & in cælis. Ligabit em̄ quod oportet ligari, & soluet q̄d expedit solui, tanq̄ qui ad liquidum ecclesiæ regulam nouerit, ipsum ergo audite, scientes, q̄a quicunq; contristauerit doctorē veritatis, peccat in Christū, & patrē omnium exacerbat deum, propter quod & vita carebit. Ipsum autē qui præest, cæteris oportet medici vicē agere, & nō feræ bestię furore cōmoueri. ¶ Hæc eo dicente, ego procidens ad pedes eius, rogabam excusans me & declinans honorē cathedræ vel potestatē. At ille respondens, pro hoc, inquit, ne me rogaueris, hoc em̄ fieri statutū est mihi, & eo magis quo te excusas, quia hæc cathedra eū, qui cupit eā, & audacter expetit, non requirit, sed ornatū moribus & in verbis eruditum. Quod si esset alius melior, si quis mihi alius adiutor tā sedulus astitisset, si quis tam plenæ doctrinæ meæ rationē cœpisset, sed & ecclesiasticas dispositiones à me tā plane didicisset, habēs aliū talē, non te cogere, opus bonū suscipere nolentē. Superfluum est ergo aliū quærere, cum primitias eoz qui ex gentilibus per me saluant, & præcipue huius vr̄bis te primū obtulerim deo. Sed & illud intueri, q̄a si periculū peccati timens, suscipere refugis ecclesiæ gubernacula certus esto quia amplius peccas, q̄ si populū dei velut in fluctibus positū, & periclitantē (cū iu-

Quis fuit
anno cbris
sti, 94a
A

B

C

A 3 uare

Epistola prima Clementis pape

uare possis) subterfugis, tui tantūmodo habens considerationē, & non quod in cōmune omnibus expedit, prouidēs. Sed certus esto, quod necesse est, te suscipere omne periculū, q̄a nec ego pro salute oīm obsecrādo cessabo. Quāto ergo mihi citi⁹ acqueris, tāto me citius laboris & tristitiæ meæ mœrore releuabis. Noui etiā hoc, o Clemēs, q̄ tibi t̄a dia & molestias, picula etiā & opprobria feruditi vulgi, id oculisq; cōciliē, q̄ tu tñ, scio, q̄ cōstāter & fortiter feras, respiciens ad aliā spem q̄ tibi apud deū patiētiae p̄parat coronā. Sed & illud cupio te mecū iuxta rationē perspiciere, qm̄ maxima opera tua indiget Christus nunc, cū inimicus aduersus sponsam eius cōmouet bellū, an in futuro tēpore qm̄ iam Christus post victoriā triumphabit, nec vltra vllius opa indigebit. Quis nō etiā parui sensus intelligat, q̄ istud est tēpus in quo operā tuā Christus requirit. Tota igit̄ mente in præsenti necessitate præbe operā tuā, & auxiliū in prælijs exhibe regi optimo remunerationes magnificas post victoriā reddituro. Libēt̄ ergo suscipe episcopatus officiū, eo maxime, quo ecclesiasticas dispositōes à me probabiliter didicisti, vt salus eorū q̄ per nos cōfugerunt ad dñm nequaq; vacillet, veruntñ & breuiter te de ipsius dispensationis ordine corā oībus cōmonere necessariū duxi. ¶ Te quidē oportet irreprehētibilibiter viuere, & summo studio niti, vt oēs vitæ huius occupatōes abijcias, ne fidei usor existas, ne aduocatus litū fias, ne in vlla aliqua occupatione prorsus inueniaris mūdialis negotij occasiōe pplexus. Neq; em̄ iudicē, aut cognitorē seculariū negotiū, hodie te ordinare vult Chrūs, ne p̄focatus p̄sentibus hominū curis, nō possis verbo dei vacare, & secundū veritatis regulā, secernere bonos à malis. Ista nāq; opera, q̄ tibi minus congruere supius exposuimus, exhibeāt sibi inuicē discētes. i. laici, & te nemo occupet ab his studijs p̄ quæ salus oībus datur, sicut em̄ tibi impietatis crimen est, neglectis verbi dei studijs, sollicitudines suscipere seculares, ita & vnicuiq; laicoꝝ peccatū est, nisi inuicē sibi, etiā in his q̄ ad cōmunis vitæ vsum ptinent, operā fideliter dederint. Te vero securū facere, & his qbus debes vacantē, oēs cōiter elaborēt. Quod si forte à semetipsis hoc laici nō intelligūt, p̄ diaconos edocēdi sunt, vt tibi solius ecclesiæ sollicitudines derelinquāt, q̄ ipsam (vt dignū est) dispēsare sufficiās, & veritatis verbo abundanti⁹ & studiosius deseruire. Si em̄ mūdialibus curis fueris occupatus, & te ipsum decipies, & eos q̄ te audiūt, nō em̄ poteris q̄ ad salutē pertinent plenius singulis qbusq; distinguere, & ex eo fiet, vt & tu tanq; qui nō docueris q̄ ad salutē hominū pertinet, deponaris, & discipuli per ignorantia pereant, idcirco tu quidē ad hoc solū vacato, vt opportune & sine intermissiōe doceas verbū dei, per quod salutē consequi possint, illi vero cū tanta reuerētia tua verba suscipiant, tanq; qui sciāt legatū te & p̄conē esse veritatis, & quod cūq; ligaueris sup terrā, esse ligatū & in celo, & quod cūq; solueris, etiā ibi eē soluedū. Quoniā quidē & tu (vt dixi) quæ oportet ligabis, & q̄ expedit solues, & ad te q̄ præes ista sint monita, & his similia. ¶ Ad presbyteros vero sint ista. Ante oīa vt pudicitia studēt̄es adolecēt̄es nuptijs iungāt, quo calorē feruentis ætatis, coniugali lege præueniāt, sed ne in prouectioribus quidē curā habere hmōi negligāt, quia in multis, etiā cū senuerit corpus cōcupiscētia viget, ne forte ergo fornicatōis labes (occasiōe accepta) tanq; venenū pessimū serpat in nobis, cauere & anteuenire necessariū est, ne qd̄ in nobis adulterij occultū calecat incēdiū. Et qd̄ in oībus peccatis adulterio grauius. Secū dū nāq; in p̄cenis obtinet locū, qm̄ quidē primū illi habēt qui aberrant à deo, etiā si sobrie vixerint. Propter qd̄ vos p̄ byteri ecclesiā excolite & adornate sponsam Christi ad pudicitiam sponsam aut̄ dico omnē ecclesiæ congregationē, quæ si pudica fuerit inuēta à sp̄so suo, ingētibus ab eo donis & muneribus honorabit, & vos velut ministri sponsæ, & amici sp̄si ingētī gaudio & lætitia p̄fruemini. Si vero sp̄sa hæc repta fuerit cōmaculata peccatis, ipsa quidem tanq; indigna nō tradet̄ regalibus thoris, vos aut̄ p̄cenas dabit̄is, si forte p̄ vestrā negligētia vel desidia, obrepserit cōtagio sæua p̄cti. Idcirco añ oīa sobrietatis & pudicitia sollicitudinē gerite. ¶ Valde em̄ apud deū graue crimē ducit fornicatio, cuius sp̄s sunt qd̄ plures, sicut vobis & ipse Clemēs diligēt̄er exponet, veruntñ prima sp̄s adulterij est viz; propria vxore solummō nō eē cōtētū, & mulierē nō p̄prio tātū seruare se viro. Si ergo castus fuerit qs, f̄t & hūanus & misericors fieri p̄ qd̄ & ipse æternā à deo misericōdiam cōsequat, sane sicut adulterij venenū cūctis malis p̄nciosus est, ita amor fraternus & charitas totius boni fastigiū tenet. Et ideo diligite oēs fr̄es v̄ros, & cū religiōe ac misericōdia respicite ad oēs, orphanis exhibete vosmetipsos parēt̄es, viduis viroꝝ curā impēdite, cū dei castitate q̄ necessaria sunt p̄bēt̄es, iuniores tñ viduas nuptijs copulate. His q̄ ignorāt artificia, exquire honestas alijs occasiōes qbus victū necessariū quærāt. Artificibus vero operā p̄uide, debilibus misericordiā facite. Scio aut̄ hæc oīa facturos vos, si charitatē præ cæteris, & añ oīa in vestro corde figaris. Cuius charitatis, & recipiēde & habēde maximū erit fomētū, si frequēt̄er inter vosmetipsos, cōmunē cibū vestrum, mēsamq; faciatis, & quātū vnusq; p̄ualet, crebrius panes ac sales suos cū fratribus suis sumat p̄ hæc em̄ p̄cipue charitas cōparat, & causa totius boni in hmōi cōiōne cōsistit, vbi aut̄ pax, & bonitas

bonitas, ibi est salus, ppter qd' cōmunes facite cibos vestros cum his qui scdm dñm frēs sunt, quia p hęc rpalia officia, pacis & charitatis fructibus gaudia æterna merebimini. Multo autē sollicitus esuriētes reficite, & sitiētibus potum date, nudis vestimētum, & gros visitate, & eos qui in carcere sunt, put possibile est, iuuate, peregrinos satis prompte in domibus vris suscipite, & ne oīa nunc singulatim dicam, omne bonū ipsa p se, si in vobis fuerit charitas, facere vos docebit, sicut & cōtrario, eos qui à salute alieni sunt, omne malū facere, odiū docet. Si q' ex fratribus negotia habēt inter se, apud cognitores seculi nō iudicent: sed apud psbyteros Ecclesiæ q' qd' illud est, dirimat, & omni modo obediant statutis eorū.

¶ Sup omnia autē auaritiā fugite, quę hoīes occasione pñtis lucri, ab æternis separat bonis. **A** Pondera, mēsuras, stateras, p locis q'busq; æquissima custodite: de posita, fidelit' restituite. Quę omnia, & si qua sunt similia his, ita demū solcite & diligēter implebitis, si futurū iudiciū dei sine intermissione in vso corde voluatis. Quis em̄ peccare poterit, si semp ante oculos suos dei iudiciū ponat: qd' in fine mundi certū ē agendū, vt tandē q' bñ in hac vita egerūt, consequant' bona reposita, pñtōres autē, vt consequant' pparatas pñas, de q'bus ita futurū, dubitare oīno non possumus. Si quidē hęc oīa ita esse vctura verus nobis, ppheta pdixit. Vnde & vos q' estis veri, ppheta discipuli, abijcite à cordibus vris añ omnia discordias, & animorū dissensiones, ex q'bus omne malum opus, pcedit, benignitatē & simplicitatē tota mēte seruate. Quod si forte alicuius vel cor, vel liuor, vel infidelitas, vel aliquod malū ex his quę supius memorauimus late' irrepserit, non erubescat q' animæ suæ curam gerit, confiteri hęc, huic q' pñt, vt ab ipso p verbum dñi & concilium salubre curet, quo possit integra fide, & opibus bonis, pñas æterni ignis effugere, & ad ppetuæ vitæ præmia peruenire.

¶ Diaconi vero Ecclesiæ, tanq' oculi sint ep̄i oberrātes, & circūstrātes cū verecūdia actus totius Ecclesiæ, & pscrutantes diligētius si quē videāt vicinū fieri p̄cipitio, & pximū eē p̄cō, vt referant hęc ad ep̄m, & cōmoneri ab eo possit his q' in p̄cipitiū lapsurus est, vt reuocet, & non corruat in p̄c̄m. Negligētiores quoq; & eos q' rarius ad audiēdum verbum dei accedunt, nec solcite ad ep̄i tractatū conueniunt, ipsi cōmoneant & hortent'. Si em̄ assidui sunt ad audiēdū, nō solū vitæ æternæ ex salubri cōmonitōe capiūt lucra, verū, & q'cunq; illæ sunt tristitiæ, vel mcerores quę ex pñtis vitæ necessitatibus, & cladibus tēporū veniunt, quę cunq; sermonibus suis in corde, vel ut iacula defixa circūferūt, abijciunt oīa, p̄dicatōe veritatis, & vitæ æternæ doctrina, & eruditōe purgata. Alioq; si multo tpe auditū subtrahant à verbo dei, & remaneant in cultu vitiorū: sine dubio, spinis erūt, ac sentibus occupari. Et qd' aliud nisi ad ignē, talis hęc terra pparat: De his ergo, vt diximus, diaconis cura sit. Sed eos q' scdm carnē ægrotāt, solcite pquirat, & plebi si forte plebs ignorat, indicēt de his, vt & ipsi visitēt eos, & quę necessaria sunt pbeant eis, cum conscia eius qui præ est. Quod tamē si etiam clam fecerint, non peccabunt.

¶ Sed & de pegrinis s̄r ep̄o suggerāt refouēdis, & cætera his s̄r q' ad cultū eccl̄iæ, & disciplinā eius p̄tinēt, diaconis curæ sint. Qui catechizant, i. q' verbo instruunt incipiētes: primo, oportet q' ipsi instructi sint, de anima em̄ agit hoīm, & oportet eū qui docet & instruit anias rudes: eē talē vt, p ingenio discētū, semetip̄m possit aptare: & verbi ordinē p audiētis capacitate dirigere. Debet ergo ipse p̄cipue apprimē eē eruditus, & doctus, irrefrēnsibilis, maturus, impaudus, sicut ipsi p̄babit' fore Clementem hunc, post me.

¶ Multū est autē si ego nūc de singulis, quę vnusq; h̄re debeat, psequar: veruntamē illud est, **D** quod p cæteris ab oibus vobis cupio in cōmune seruari, vt concordiam teneatis: p qd' solū portus quietis intrare, & ciuitatē summi regis quę pax nominat' habitare.

¶ Similis nāq; ē omnis status Ecclesiæ magni nauis, quę p vndosum pelagus diuersis è locis & regionibus viros portat ad vnam potētis regni vrbē, pperare cupientes. Sit ergo nauis huius Dñs ipse oipotēs deus: gubernator vero sit Ch̄sus. Tum deinde, prete officium ep̄s impleat psbyteri nautæ: diaconi dispensatorū locū teneant, his q' catechizant nautologis conferant ep̄ibatis aut totius fraternitatis multitudo similis sit, ip̄m quoq; mare hic mundus habeat, vntorū vero varietas, & turbinū diuersis tētatōibus conferant, psecutōes, tribulatōes & pericula fluctibus exequent'. Terreni vero spūs, q' ve de torrētibus, vel de vallibus spirant, pseudopropheta, & seductor, seu prauæ doctrinæ verba ducant, p̄montoria vero, & loca cōfragosa, hi q' in prātibus seculi sunt iudices, & picula minant, & mortes. Bithalassa vero loca, quę dupli cibus vnde fallacis æstibus verberant, dubijs mēte, & de repromissionū veritate nurātibus cōferant, atq; his q' irrōnabili fidē n̄am, tōne discutiūt. Hypocritę vero, & dolosi pyrat' s̄r habent. Iā vero rapidus vertex, & tartarea caribdis, & saxis illisa naufragia, ac mortiferę subuersōes, qd' aliud æstimāda sunt, q' p̄c̄tā' restat igit' vt hęc nauis cursu, p̄spero tuta possit portū de fideratę vrbis intrare, ita deo p̄cē, fundere cōuenit, vt nauigātes mereant' audiri. Audiri at' à deo ita demū merebit' quis, si orōnes ipsæ, bonis moribus, & bonis opibus adiuuent'.

Epistola prima Clementis

F Sed ante omnia, cum quiete & silentio, epibate, id est, laici in suis vnusquisq; resideant locis, ne forte p inquietudinē, & inconditos, inutilesq; discursus, si passim vagari cōperint, vel ab officio suo, nautas impediāt, vel in altez: latus, p inquietudinē eoz, nauis pressa demergat. Nautologi de mercedibus cōmoneāt, & nihil oīno, qd' ad diligētiam, vel ad disciplinā p̄tinet diaconi negligāt, p̄bfi velut nautæ, aptēt singula, ad instructiōnē nauis diligēter & iſtruant, q̄ in suo tpe, requirēda sunt. Epūs tanq̄ proreta vigilanter, & solícite, gubernatoris verba custodiat Ch̄ri. Saluator Dñs, gubernator Ecclesiæ suæ, diligat ab oībus, & ipsius solius præceptis, ac iussis credat, & obediat om̄is Ecclesiā. Deo quoq; indefinēter supplicet, à cūctis de p̄speritate v̄toz, vt nauigantes omnē tribulationē, & omne periculum superēt, tanq̄ in mare p̄fundū mundi istius, & vitæ humanæ pelagus nauigantes, in quo esuriēdum sit, & sitiēdum, nuditatē quoq; ferēdam, morbos etiā corpis, & ægritudines, tolerandum. In sup̄ & hoīm infidijs, ac do lo sc̄pe laborandum, q̄ppe q̄ dispergēdos, se nonnunq̄ nouerint, sed aliquando etiam congregandos, vomitus quoq; & fugillatōes ferēdas, cum ex confusione pctōz, & reuectiōe criminum, velut male congregatis, in visceribus fellis, iactura faciēda est. & abiiciēda prorsus ē corde omnis intrinsecus, quæ latet amaritudo pcti, si qua, forte ex desiderijs iniquis, velut ex cibis noxijs, congregata est. Quam vtiq; cum euomuerit qs, & abiecerit, ingētis ægritudinis, libera bit morbo, si tamē post vomitum, quæ ad sanitatem p̄tinent, sumat.

F Veruntamē scitote cuncti, q̄ supra oēs vos laboret Epūs, q̄ vnusq; v̄m, suū laborē fert, ille vero & suū, & singulorū. Propter qd' o Clemēs, tanq̄ qui oībus p̄se te noueris singulos, put potueris, iuuā, & singulos releuā, q̄ singulorū onus, & solitudinē portas. Vnde & ego nūc hāc tibi iniungēs disp̄sationē, & scio, quia accipio gr̄am, magis q̄ p̄sto. Sed esto confidēs, & fortiter ferēs certus, q̄ laboris tui meritū recipies, cū ad portū quietis, incolumē hāc p̄uexeris nauē, vbi mercedes, & p̄mia, p̄ oīm salutē suscipies, si hic p̄ oīm incolumitate vigilaueris. Itaq; si te multi ē fratibus, p̄pter rigorē iustitiæ odio habuerit, ex hoc qdē nō læderis, sed ex hmōi odijs, amor tibi cōciliabit dei. Et ideo satage magis & refuge, ne lauderis ab iniqs, & ne a pessī me agētib; diligaris: sed potius p̄pter iustitiæ disp̄sationē, & æquissimā regulā disciplinæ à Ch̄o collaudari merearis. Hæc cū dixisset, & his s̄lta q̄ pluriā rursum respiciēs ad pplm, dixit.

G Sed & vos charissimi fr̄s, & conserui mei, huic q̄ p̄fidet vobis, ad veritatē docēdam in oībus obedite. Sciētēs, q̄ si qs hunc contristauerit Ch̄m, q̄ ei docēdi credidit cathedram, nō recipit & q̄ Ch̄m non susceperit, nec deum p̄rem suscepisse iudicabit. Et ideo nec ipse suscipiet, in regno cœloz. Propter qd' satis agite, ad omnē collectā congregationē, semp conuenite, vt nō velut negligētes, & desides, à iudice Ch̄o condēnemini. Conueniētēs vero sp̄ ad Clementē, date oēs operam p̄ ipso sentire, & summo studio, fauorē v̄m erga ip̄m dep̄dere, sciētēs, quia p̄pter singulos vos ip̄si magis soli infestat inimicus, & in ipso maiora suscitāt bella. Oportet ergo vos, summo studio niti, vt om̄i erga illum vinculo amoris innexi, plenissimo erga eū in hæreatis affectu. Sed & vos quoq; ip̄si, vnanimēs in om̄i concordia p̄durate, quo facilius, etiā illi obedire oēs pariter consensu, & vnanimitate possitis. Propter qd' & vos, salutē cōsequi, & ille possit obtēperātibus sibi vobis promptius ip̄siti oneris pondus euehere. Quæ dā ex vobis etiā ip̄s intelligere debetis, si qua sint, quæ ipse p̄pter insidias hoīm maloz non p̄t euidētius & manifestius ploqui, verbi gr̄a, si inimicus est alicui maloz, p̄ actibus suis vos nolite expectare vt ipse vobis dicat cum illo, nolite amici eē, sed prudēter obseruare debetis, & voluntati eius absq; communicatōe obseruare & auertere vos ab eo cui ip̄m sentitis aduersum. Sed nec loqui his qbus ipse non loquit, vt vnusq; q̄ in culpa est, dum cupit oīm v̄m amicitias ferre, festinet citius reconciliari ei q̄ oībus p̄est, & p̄ hoc redeat ad salutē & sanitatē cum obedire cōperit monitis p̄sidentis. Si vero quis amicus fuerit his qbus ipse amicus non est, & locutus fuerit cum his qbus ipse non loquit, vnus est, & ip̄e ex illis q̄ exterminare voluit Ecclesiam dei, & cum corpe vobiscum esse videat, mēte & animo contra vos est. Et multo est nequior hostis hic, quā illi qui foris sunt, & euidēter inimici sunt, hic enim p̄ amicitiaz specię, quæ inimica sunt, gerit, & Ecclesiam dispergit ac vastat.

H Et cum hoc dixisset in medio coram oībus manus mihi ip̄suoit, & i cathedra sua ingēti verecundia fatigatū sedere me cōpulsit. Cūq; sedissem, hæc ad me rursum locutus ē. De p̄cor te, o Clemēs, corā oībus q̄ p̄ntes sunt, vt postea quā sicut naturale debitū est, vitæ p̄ntis finē fecero, Iacobo fratri dñi describas breuiter, vel quæ ad initium fidei tuæ spectant, vel etiā quos ante fidē anios gesseris, sed & qualiter mihi ab initio vsq; ad finē, comes itineris & actū fueris, quēq; p̄ singulas ciuitates me disputatē, sollicitus auditor exceperis, q̄q; in p̄dicatōibus meis vel verbōz fuerit ordo vel actuum, sed & qui me finis in hac vrbe repererit (sicut dixi) oīa q̄ potes breuiter cōphēsa, ad ip̄m te destinare non pigeat. Nec verearis ne forte multū de meo exitu cōtristādus sit cum id me p̄ pietate sustinere nō ambigat. Er̄it autē ei grande solatium, si dixerit

dicere quod post me non imperitus aliquis, aut indoctus, aut ignorans diuini verbi mysteriū Ecclesiastici ordinis disciplinam, vel doctrinæ regulam nesciens susceperit cathedram meam. Scit enim quia si indoctus istius officium doctoris accipiat, sine dubio discipuli & auditores ignorantia tenebris inuoluti in interitum demergentur.

¶ Vnde & ego mi dñe Iacobe, cum hæc ab eo pcepta susceperim, necesse hmōi implere quod A iusserat indicans tibi, & de ipis simul, & de illis breuiter comprehendens, quæ p singulas quasq; vrbes digrediens; aut in p̄dicatōis sermone ptulerit, aut in gestorū virtute p̄fecerit, quāuis tibi de his plurima iam & plenius ante descripta ipso iubete transmiserim sub eo ipso titulo quem ipse p̄cepit affigi, id ē, Clemētis itinerarium, non p̄dicatōis Petri. Sed & nunc exponere iam p̄ cepit dño opem ferete, incipiā. Pœnitēmini (in gr̄) & verā agite pœniām. Oēs ergo hoīes qui Ch̄riano cēsent vocabulo, p̄sem, & filiū, & sp̄m sc̄m vñū deū & dñm veraciter credere, & confiteri eumq; tota mente, & toto corde, & tota virtute diligere, & proximos suos tanq̄ semetip̄os, docibiles, quæ vsq; ad p̄fectam doctrinam, ad hæc p̄ficiēda sumere oportet.

¶ Fides em̄ & dilectio rotius bonitatis ē fundamētū. Sine fide autē placere deo nemo poterit.

¶ Ch̄riō itaq; resurgēte & ascendēte in cœlum, misso sancto sp̄u, collata Apostolis sc̄ia lingua; B adhuc in vno positi symbolū quod fidelis nunc tenet Ecclesia, vnusq;sq; quod sensit, dicendo condidit, vt discēdētes ab inuicē hanc regulam p̄ oēs gētes p̄dicarēt. Summā ergo totius fidei catholice recētes, in qua & integritas credulitatis ostēdit, & vnus dei oīp̄otētis, id ē, sanctæ Trinitatis æqualitas declarat, & mysterium incarnatōis filij dei, q; p̄ salute humani ḡnis, a p̄re de celo descendēs, de virgine nasci dignatus est, quo ordine vel qñ, ptulerit, quō sepultus surrexit, & in carne ipsa celos ascēderit, ad dexteramq; p̄ris confederit, iudex v̄terus sit, aut qualiter remissionē p̄ccōrū sacro baptismate renatis contulerit, & resurrectionē humani ḡnis in eadē carne in vitā æternā futurā sic docuerunt. Symbolū em̄ gr̄æcè latine collectio d̄r. Et hoc p̄dicti sancti Apostoli inter se p̄ sp̄m sanctū salubriter, vt dictum est, condiderunt. Dicit & indicium, quod p̄ hoc qui recte crediderit, indicatur.

¶ Ergo cunctis credētibus quæ continent in p̄fato symbolo, salus animarū, & vitā p̄petua bo C nis actibus p̄parat. Ergo quod in primordio eiusdē symboli p̄ponit: Credo in deum patrē oīp̄otētē, p̄clarę fidei testimoniū & fundamētū, in priā fronte mōstrat, q̄a saluus eē poterit, qui recte crediderit. Credere enim oportet accedentē ad deum, quoniam corde credit ad iusticiam, ore confessio fit ad salutē. Vnde ait p̄pheta: Credidi p̄pter quod locutus sum. Et illud: Iustus ex fide viuuit. Et nisi credideritis, non intelligetis. Ergo in rebus humanis, nullum opus incipitur, nisi labor omnis ad effectum venire credat, vnde credēdum est in Deum a quo tam p̄sēns vitā quā futura tribuatur.

¶ Deus autē appellatio est substantiæ sempiternæ, siue timoris diuini, igit̄ deus sine principio, D sine fine, simplex, incorporeus, & incomphensibilis, p̄sem autē cū audis, agnosce quod habeat filium veraciter genitum, sicut possessor d̄r qui aliquid possidet, & Dñs q; habet cui dominet. Deus ergo p̄ secreti facti vocabulum est cuius vere filius est verbum, & speculū, & character, & imago viuēs, p̄ris viuētis, in oibus p̄ri filis, eiusdē naturæ, in diuinitate genitus genitori p̄ oia coræqualis. Nec quærat quō genuit filium, quod & angeli nesciunt, p̄phetis incognitū est. Vnde illud dictum est: Ḡnitionē eius qs narrabit? Quam secretā originē, cum p̄prio filio, nouit ipse solus q; genuit, nec deus a nobis discutiēdus est, sed credēdus, q; in nobis ipis nescimus, qd̄ sapimus, quō sapia, ingenium, aut intellectus, aut consilium, aut mēs n̄ra generat verbum. Sed sufficit nosse, quia lux genuit splendorē, sicut ait Prop̄heta: In splendoribus sanctorū ex vtero ante lucifē; genuit e. Et illud: Hic Deus noster, & non reputabit̄ alter ad eum, & post, in terra visus est, & inter homines conuersatus est.

¶ Diligere ergo Deum, vnum quēq; ex toto corde, & ex tota anima, vt p̄fixum est, & ex tota E fortitudine oportet, & proximū tanquā semetip̄sum, r̄dente dño cuidam scribarē, ac dicēte, primum omnium mandatum est. Audi Iſrahel, dominus deus tuus, deus vnus est, & diliges dominum deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mēte tua, & ex tota virtute tua, hoc est primū mandatum. Secundum autē simile est illi: Diliges proximū tuum tanquā teip̄sum. Maius horū aliud mandatum non est. Quod magis est oibus holocaustomati bus & sacrificijs, vnde & in veteri testamēto scriptum habet: Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris, & dominus ait: Omnia quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, & vos facite similit̄er illis. Quibus vtrifq; mandatis, p̄ vnum malicia compescit, & p̄ aliud benignitas p̄pagat, vt ne malum qs inferat, sed bonum impēdat. Primum, vt caueat lædere. Secundum, p̄stare, si enim frēm quē vides, non diligis: deum quē non vides quomodo potes diligere? Sic ergo nos docet exercere curam nostram, vt non dimittamus curam vestram, & sic diligere nos, ne negligat dilectio proximi, Quia dei dilectio morti comparat, dicēte Sapiētia: Valida est dilectio vt mors

Epistola prima Clementis.

vt mors idcirco, quia sicut mors violēter separat aīam à corpore, ita dilectio dei separat aīam à mundano, & carnali amore. Qui em̄ (dñs inqt) diligit me, mandata mea seruabit. Nam q̄ dei præcepta contēnit, deum nō diligit, vnde scriptum ē: Nolite putare vt maneatis in dilectio-
ne mea, si non seruaueritis p̄cepta mea. Neq; em̄ regem diligimus, si odio leges eius habemus. Neq; em̄ ex toro corde poterit ille Dñm diligere, qui nōscit in proximi corruiere dilectōe, q̄a per dilectionē domini puenitur ad charitatem Christi.

F Quoniam vt p̄libatum ē, his duobus p̄ceptis tota lex p̄det, & p̄phetæ, docibiles ergo q̄ p̄fēcte docti non sunt ad hæc pagēda oportet oēs eē, & vt ipsi docti sint, & alios prudēter instrue-
re, & p̄fēcte possint docere, iuxta Danielē p̄phetam, q̄ ait: populus aut̄ sciēs deū suū obtinebit & faciet & docti in populo, docebunt pluriōs. Oēs docibiles vt iā dictū ē, q̄ docti sunt eē oportet, sed sacerdotes doctiores cæteris populis, necesse fore docebat Ch̄sus, dicēs: q̄ si cæcus cæ-
co ducatū p̄bet, ambo in foueā cadūt. Sacerdotes vero sal terræ, & mūdi lumē docēs p̄cepit in splēdore op̄e: patrē glorificare deū, de q̄bus dñs ait: B̄ri estis cū maledixerint vobis, & p̄secuti vos fuerint, & dixerint vobis om̄e malū aduersum vos, mētietes p̄pter me: Gaudete & exul-
tate, qm̄ merces v̄ra copiosa est in cælis. Sic em̄ p̄secuti sunt p̄phetas, qui fuerunt aī vos, vos estis sal terræ. Quod si sal euauerit, in quo saliet, ad nihilū valet vltra, nisi vt foras mittat, & con-
culcet ab hoībus. Non p̄t ciuitas abscondi supra montē posita, neq; accēdunt lucernā, & ponūt eā sub modio, sed sup̄ cādēlabrū, vt luceat oībus q̄ in domo sunt, & q̄ ingrediunt lumē, videāt, sic luceat lux v̄ra corā homībus, vt videāt bona opa v̄ra, & glorificēt patrē v̄m q̄ in cælis est.

G Ep̄os aut̄ p̄ singulas ciuitates q̄bus ille nō miserat, p̄ doctos & prudētes sicut serpētes, simpli-
ces sicut colūbas (iuxta dñi p̄ceptionē) nobis mittere p̄cepit. Quod etiā facere inchoauimus & dñō op̄e fēre facturi sumus, vos aut̄ p̄ v̄ras diocēses ep̄os facite & mittite, q̄a nos ad alias p̄-
tes (q̄ idē iussit agere) curabimus. Aliquos vero ad Gallias, Hispaniasq; mittemus, & quosdā ad Germaniā & Italiā, atq; ad reliquas gētes dirigere cupimus, vbi aut̄ ferociōres & rebelliō-
res gētes fore cognouerimus, illuc dirigere sapiētiores & austeriores necesse habemus. Qui q̄ti die nō cessant diuina seminare semina, & multos Ch̄so lucrari, & ad rectā fidē, & viā veritatis p̄ducere, vt plures manipulos dñō valeant p̄tare. In illis vero ciuitatibus, in q̄bus olim apud
ethnicos archisflamines eoz; atq; primi legis doctores erāt, ep̄oz; primates poni, vel p̄riarchas q̄ reliquoz; ep̄oz; iudicia & maiora (q̄tiēs necesse foret) negotia, in fide agitarēt, & scdm̄ dei vo-
lūtātē, sicut cōstitueit sc̄ti apl̄, ita vt ne qs̄ iuste piclitarēt, definirēt, in illis at̄ ciuitatib; in qb; dudū apud p̄dictos erāt archisflamines (qs̄ tñ minores tenebāt) quā memoratos primates, archi-
ep̄os institui p̄cepit, q̄ nō tñ primatū, sed archiep̄oz; fruereit noīe. Ep̄oz; q̄q; iudicia, vt supe-
rius memoratū est, & maiora Ecclesiæ negotia, si ipsi reclamauerint, aut aliquē timorē, aut istos vel alios suspectos habuerint, ad iam dictos primates, vel p̄riarchas, ne aliq; nocēter pe-
rirer, trāsferri p̄docuit, in singulis vero q̄q; ciuitatibus, singulos & nō binos, vel ternos, aut plu-
res ep̄os, cōstitui p̄cepit, q̄ nō primatū, aut archiep̄oz; aut metropolitanoz; noīe (quia m̄ses ci-
uitatū nō tenēt) sed ep̄oz; tñ vocabulo potireit, qm̄ nec inter ipsos Ap̄los, par institutio fuit sed vnus oībus p̄fuit. Hoc tñ p̄uidendū instituit, ne in villis, aut castellis, vel modicis ciuitati-
bus, instituerent ep̄i, ne vile eoz; nomē fieret. Ep̄os ergo vicē Ap̄loz; gerere dñm docuisse di-
cebat, & reliquos; discipuloz; vicē tenere p̄sbyteros debere insinuabat. Et si qs̄ aliquē ex his sc̄dalizaret, grauissimā sibi penā inferri debere p̄dicabat. Cunctos se inuicē diligere, & adiu-
uare debere, & neminē ab adiutorio fratris se subtrahere instruebat.

H Homicidas veros, & adulteros, ac cunctos criminalibus nexibus alligatos, & qui eis cox̄q̄les
nō erāt, ab eoz; vexatōe, & accusatōe (dicēte dñō) p̄hibebat, & nō nisi à cox̄q̄libus, aliquid sibi
inferre debere, docebat. Quia discipulū supra magistrū eē, aut vllam ei iniuriā inferre, nullate-
nus debere oportet. Infames nāq; oēs, & quos primates legis seculi, non recipiunt, sed & lai-
cos ab eoz; accusatōe, & vexatōe semp̄ repellere debere rogabat, & cūctos sibi subditos eē, p̄ci-
piebat. Cunctoz; sacerdotū vitā superiorē, sanctiorēq; ac discretā à secularibus & laicis homi-
nibus eē, & sp̄ūales, atq; sacerdotes sup̄ carnales ac laicos semp̄ constituere, & fore debere, do-
cebat. Quoniā p̄ minimo, nobis eē debet, vt à talibus arguamur, & iudicemur, vel ab alio hu-
mano die. Maiores vero à minoribus, nec accusari, nec iudicari, vllatenus posse dicebat. Qm̄
non solū hoc diuinas, sed leges seculi inhibere dicebat. Oēs ergo legum diuinaz; libēter viola-
tores, & sacrarū institutionū, volūtarie pturbatores, Ecclesiastica indignos regula, & sancta cō-
munionē iudicabat. Operatores vero earundē, eisq; obediētes vtrariq; ac cæteraz; bonaz; di-
gnos eē dicebat, vñ & p̄phetas in testimonium sumebat. Audite cæli, & auribus p̄cipe terrā
quoniam dñs locutus est: Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem sp̄ruerunt me, cognouit bos
possessorē suum, & asinus p̄sepe domini sui, Israhel non cognouit me, populus meus nō intelle-
xit, v̄x̄ gēti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequā, filijs sceleratis. Dereliquerunt
Dñm

Dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, ab alienati sunt retrorsum. Sup quo pcutiam vos vitra addetes puaricatione: Omne caput languidum, & omne cor mœres, à planta pedis vsq; ad verticē, non ē in eo sanitas, vulnus, & lior, & plaga tumēs, non ē circūligata, nec curata medicamine neq; fota oleo. Terra vestra deserta, ciuitates v̄r̄e igne succēse, regione v̄ram coram vobis alieni deuorant, & desolabit, sicut in vastitate hostili, & derelinquet. V̄r̄e (inqt) qui dicitis bonū malū, & malū bonū, ponētes tenebras lucē, & lucē tenebras, ponentes amarū in dulce, & dulce in amarū. Propterea, captiuus ductus ē populus meus, q̄a non habuit sciam, & nobiles eius interierūt fame & multitudo eius siti exaruit. Propterea dilatauit infernus aiām suā, & aperuit os suū, absq; v̄llo termino, & descēdunt fortes eius, & populus eius, & sublimes gloriosiq; eius ad eū. Et incuruabit hō, & humiliabit vir, & oculi sublimiū deprimēt. Et exaltabit dñs in iudicio, & deus sanctus sanctificabit in iustitia.

¶ Carnales spūalibus resistere phibeat, & de his, q̄ ceruices suas contra magistros, & seniores suos erigebāt in exēplū dicebat, detracta ē ad inferos supbia tua, cecidit cadauer tuū, subter te sternet tinea, & operimētū tuū erunt vermes. Quō cecidisti de cœlo Lucifer, q̄ mane oriebaris, corruisti in terrā, q̄ vulnerabas gētes: Qui dicebas in corde tuo, in cœlū ascēdā, supra astra dei exaltabo soliū meū, sedebō in monte testamēti, in lateribus aquilonis, ascēdam sup altitudinē nubīū, sicut ero altissīmo. Veruntū ad infernū detraheris, in pfundū lacī. Qui te viderint, ad te inclinabunt, teq; p̄spiciēt: nunq̄ iste est vir, q̄ conturbauit terrā, qui concussit regna, q̄ posuit orbē desertū, & vrbes eius destruxit, vincētis eius non aperuit carcerem?

¶ Ebrietatē oppido phibeat, & ebriosos, corpe & aiō mortuos eē p̄dicabat, de q̄bus & in exēplum aiebat, v̄r̄e q̄ cōsurgitis mane ad ebrietatē sectandā, & potandū, vsq; ad vesperā, vt vino æstuetis. Cithara, & lyra, & tympanū, & tibia, & vinū, in cōiuuijs v̄ris, & opus dñi nō respicitis, nec opa manū eius consideratis. Et itē, v̄r̄e q̄ potētes estis ad bibēdū vinū, & viri fortes ad miscendū ebrietatē. Qui iustificatis impium p̄ muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo. Propter hoc sicut deuorat stipulā lingua ignis, & calor flamē exurit, sic radix eorū quasi fauilla erit, & germē eorū vt puluis ascēdet. Abiecerunt em̄ legē dñi exercituum, & eloquium sancti Israel blasphemauerunt. Ideo iratus ē furor domini, in populo suo, & extēdit manum suā sup eum, & percussit eum, & conturbati sunt montes, & facta sunt morticina eorū, quasi steruus in medio platearū. In omnibus his, non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta.

¶ Nullū em̄ p̄sbyterū, in alicuius ep̄i parochia, aliqd̄ agere debere, absq; eius p̄missu docebat, cunctos p̄sbyteros, pp̄rijs ep̄is in oibus, absq; mora obediētes: instituēte dño, eē debere docere. Nullū em̄ aliena cōcupiscere, aut p̄sumere eorū, sed vnūquēq; suis, sibiq; cōmissis, cōtētos eē docebat. Neminē etiā alicui aliqd̄ facere, nisi q̄ sibi vellet fieri, instruebat. Sanctā ergo Ecclēsiā, imaculatā oēs seruare debere, euangelizabat, cuius claus ep̄os eē dicebat. Ipsi em̄ habēt potestātē, claudere cœlum, & aperire portas eius, quia claus cœli facti sunt.

¶ Amouere autē eos neminē debere docebat, quia oculi dñi sunt, & qui eos tangit, tangit pupillam oculi eius. Et quantē p̄cē dignus sit, q̄ eos scādalizat, ip̄m dominū docuisse dicebat, vbi ait: Qui scandalizauerit vnū de pusillis istis q̄ in me credunt, expedit ei vt suspendat mola asinaria in collo eius, & demergat in pfundū maris, v̄r̄e mundo à scandalis, necesse ē em̄, vt veniant scandala, veruntū v̄r̄e homini illi p̄ quē scandalum venit. Si autē manus tua scandalizat te, abscinde eam, & projice abs te. Bonum est tibi ad vitam ingredi debilē, quā duos manus habentē, mitti in gehēnam ignis. Et si pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & projice abs te. Bonum ē tibi introire ad vitam claudum, quā duos pedes habentē, mitti in ignē æternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & projice abs te. Bonum est tibi vnū oculum habentē in vitam introire, quā duos oculos habentē, mitti in gehēnam ignis. Videte ne contēnatis vnū ex his pusillis. Amē dico vobis, quæcunq; alligaueritis sup terram, erunt alligata & in cœlo, & quæcunq; solueritis sup terram, erunt soluta & in cœlo. Itē dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint sup terrā, de om̄i re quacunq; petierint, fiet illis à p̄re meo q̄ in cœlis est. Vbi em̄ sunt duo vel tres congregati in noīe meo, ibi sum in medio eorū. Et iterum per prophetam loquit, dicēs: Expauit (inqt) cœlum sup hoc, & horruit amplius vehemēter dicit dominus: O intolerabilē malignitatē, O linguā iniquitatē loquentē cōtra dominū, & mentē in altitudinē cornu extollentē. Et iterum: Impone homo tuæ linguæ ostium & seram, cessa cornu in altitudinē extollēs, & loquēs aduersus dominū, & proximum tuum, quousq; insultas patietis Christo, & fratribus: Sic autē peccantes in fratribus, & pcutiētes eorum infirmam conficiam in Christum grauit̄e peccatis, & rei iudicio effecti, infames efficiemini, & iuste repellemini. Et itē per Prophetā loquit, dicēs: Vos autē sacerdotes dñi vocabimini ministri dei nostri, dicei vobis, fortitudinem gentium comedetis, & in gloria eorū supbietis, pro confusione vestra duplici rubore laudabunt partē eorū, propter hoc in terra sua duplicia possidebunt, & lati

Epistola prima Clementis.

E ¶ Grande em̄ malū est, vt diximus ignorantia, sed q̄ substantiā nō habet facile ab his q̄ studiosi sunt effugatur. Nō enim aliud est ignorantia, nisi nō cognouisse qd̄ expedit, vbi autē cognoueris perit ignorantia, queri ergo in agone debet veritatis agnitio, quā nemo alius assignare potest nisi verus propheta. Hæc em̄ via est vitā volentibus ingredi, & summā iter bonorū operū p̄gentibus ad ciuitatē salutis. Si quis sane audiens sermonē veri prophete velit recipere aut nolit & amplecti onus eius, id ē mādāta vitæ habet in sua potestate, liberi em̄ sumus arbitrij. Nā si hoc esset vt audiētes ea, iam nō haberēt in potestate aliud facere quā audierant, vis erat quā dā naturæ per quā liberū non esset ad aliā migrare sententiam, aut si rursus ex audiētibus nullo omnino reciperet, & hoc naturæ vis erat, quā aliquid vnū cogeret fieri, & alteri parti nō daret locū, nūc autē quia liberū est animo in quam velit partē declinare iudiciū suū, & quā probauerit eligere viam, constat euidenter inesse hominibus arbitrij libertatem, igit priusq; audiat qs qd̄ ei expedit, certum est quia ignoret, & ignorans vult, & desiderat quod non expedit agere, propter quod pro hoc nō iudicatur. Cum vero audierit causas erroris sui & rationem veritatis acceperit, tūc si per-

si permanerit in his erroribus quibus dudum fuerat præuentus, recte iam vocabitur ad iudicium daturus pœnas, quia vitæ huius spaciū quod ad bene viuendū accipit, in ludibrijs consumpsit errorum. Qui vero audiens hæc libenter accepit, & gratulanter bonorū sibi doctrinā fuisse delatam requirit intērius & discere nō desinat vsqueq; cognoscat, si est vere aliud seculū in quō bonis premia præparata sint, & cū certus de hoc fuerit, gratias agat deo. Quod si veritatis lumen ostenderit de cætero dirigit actus suos in omnibus operibus bonis, quoniam sibi in futuro mercedē certus est præparatā demirans per omnia, & stupens cæterorū hominū errores, & quod ante oculos positā veritatem nemo videbat. Ipse tantū gaudens super diuitijs sapientiæ quā inuenit faciabiliter his proficiatur, & exercitio bonorū operū delectet, festinans ad seculū futurū mundo corde & pura conscientia peruenire, & etiā videre deum regem omnium possit. His autē omnibus carere nos, & fraudari sola facit ignorantia. Dum enim ignorant homines quantum boni habeat scientia, ignorantia malum de se non patiuntur excludi. Nesciunt enim quanta sit in horū permutatione diuersitas, pariter quod consiliū deo vniciquē discendi, libenter prebere aures verbo dei, & cū amore veritatis domini audire quæ dicimus, vt mens optimo semine suscepto, per bonos actus letos affertur fructus. Nam si me decente ea quæ ad salutē pertinent, recipere quæ abnuunt, & animo prauis opinionibus occupato obsistere nititur, non ex vobis, sed ex semetipso habebit pereundi causam. Debet enim iusto iudicio examinare quod dicimus, & intelligere quæ verba loquimur veritatis, vt cognitis his quæ sunt vt sunt, in bonis actibus dirigens viam suā regni celorū possit particeps inueniri, subiiciens sibi carnis desideria, & dominus eorū factus, vt ita demū etiā ipse fiat dominatoris omnium iocunda possessio. Nam quæ permanet in malo, & seruus est mali non potest effici portio boni, donec permanet in malo, quæ ab initio vt ante iam diximus, duo regna statuit deus, & potestatem dedit vniciquē hominū, vt illius regni fiat portio, cui se ad obediendū ipse subiecerit. Et quia definitū est apud deum nō posse vnū hominē vtriusque regni esse seruū, omni studio date operā in boni regis aulam ac iura concurrere. Propter hoc denique verus propheta cū esset præsens nobiscū, & quidam ex diuitibus negligentes erga deī cultum videret, huius rei ita aperuit veritatem. Nemo potest (inquit) duobus dominis seruire, & nō potestis domino seruire & mammonæ, mammona patria eorū voce diuitias vocans. ¶ Hic ergo verus propheta est quæ in Iudæa nobis apparuit vt audistis, qui stans publice sola iussione faciebat cecos videre, surdos audire, fugabat dæmones, egris sanitatē reddebat, & mortuis vitā, cūque nihil esset ei impossibile etiā cogitationes hominū præuidebat, quod nulli est possibile nisi soli deo, hic annunciabat regnū dei, cui nos de omnibus quæ dicebat tanquā vero prophete credimus, firmitatē fidei nostræ non solum ex verbis eius, sed ex operibus assumentes, quæ dicta legis quæ ante multas generationes de pœnitentia eius expofuerant in ipso designant, & imaginē gestorū Moysi & ante ipsum patriarchæ Iacob ipsius per omnia typū ferebant. Tempus quoque aduentus eius, hoc est ipsum in quod venerat prædictum ab his constat, & super omnia quod esset à gentibus, expectandus sacris literis comprehensum est. Quæ in eo pariter vniuersa cōpleta sunt. Quod autē Iudæorū propheta prædixit eū à gentibus expectandum, supra modū in eo fidem verā firmat. Si enim dixisset à Iudæis expectandū non aliquid eximium prophetasse videret, quod à contribuli populo & à propria gente speraretur is cuius aduentus ad salutem mundi fuerat reponnissus, videtur enim magis consequens ratio esse vt hoc fieret quā magnificentia prophetalis. Nunc autē cum prophete dicant omnē illam spem quæ de salute mundi reponnissus, & nouitatem regni quæ instruenda per Christum est, atque omnia quæ de eo iudicantur ad gentes esse transferenda, iam non secundum consequentiam regis, sed incredibili quodā vaticinationis euentu, magnificentia prophetica confirmat. Iudæi namque ex initio affore aliquādo hunc virū, per quā cuncta reparant verissima traditione susceperunt, & cotidie meditates, ac prospicientes, quando eius fieret aduentus, vbi ad esse eū viderunt, & signa ac prodigia sicut de eo ascriptū fuerat adimplentē, inuidia execati agnoscere nequiuērūt præsentem, in cuius spe letabant absentes. Intellexerūt tantum sancti apostoli qui à deo electi sunt, & nos qui post ab eis electi sumus. Hoc autem providentia domini factum est, vt agnitio boni huius etiam gentibus traderetur, & hi qui nunquā de eo audierant, nec à prophetis didicerant, agnoscerent eū. Illi vero qui cotidianis meditationibus euauerant ignorarent. Ecce enim nūc per vos quæ præsentis estis, & desideratis audire doctrinā fidei eius, & agnoscere quæ, & quomodo, & qualis sit eius aduentus prophetica veritas adimpletur, hoc enim quod prophete prædixerāt quia à vobis querendus esset qui de eo nunquā audistis. Et ideo vidētes in vobis ipsis prophetica dicta compleri, huic vni recte creditis, hūc recte expectatis, de hoc recte inquitis, vt nō solū expectetis eum, sed & hæreditatē regni eius credētes cōsequamini, secundū quod ipse dixit, quæ vnusquisque illius sit seruus cui se ipse subiecerit. Propterea ergo vigilate & dominū deūque nostrū vobis conscribite dominū, qui & celi ac terræ dominus est. Et ad ipsius vos imaginem ac similitudinem reformate, sicut ipse verus propheta docet dicens, Estote boni & misericordes sicut & pater vester celestis misericors est, quæ oriri facit

Epistola tertia Clementis.

folem suum sup bonos & malos & pluit sup iustos & iniustos. Hunc ergo imitamini, & hunc timete, & sicut mandatū dat hoibus, dñm deū tuū timebis, & illi soli seruiēs. Infidelibus q̄dem dormit dñs, & absens habet his à q̄bus eē non credit, & mandatis eius non obediunt, atq; ob id illis videt̄ quasi dormire dñs, quia, p̄ peccatis suis non exaudiuntur.

B ¶ Quapropter cunctis fidelibus, & summo p̄ oibus p̄b̄is, & diaconibus, ac reliq; clericis, attendendū est, vt nihil absq; ep̄i, p̄p̄ri licētia agant. Non vtiq; missas sine eius iussu quisq; p̄sbyte-
ros in sua parochia agat, non baptizet, nec quicq; absq; eius p̄missu faciat. Silt̄ & reliqui populi maiores scilicet ac minores, p̄ eius licentiā quicq; agēdum est, agant, nec sine eius p̄missu à sua parochia abscedant, vel in ea aduētantes morari p̄sumant. Animā vero eorū ei creditā sunt. Ideo oīa eius cōsilio agere dñt, & eo incōsulto nihil. Quicūq; em̄ obediūt ep̄is suis, vident̄ quidē aliquid gratiā conferre deo. Qui autē eis non obediunt, indubitanter rei & reprobī existunt. Porro ipsi à Deo donum summi muneris consequunt̄, qui iustitiā & p̄cepti eius semitas incedētes, doctoribus suis (qui recte ep̄i intelligunt̄) libēt̄ obediunt. De quibus & beatus Petrus instructor, & ordinator noster, & princeps Apostolorū manifeste cunctos audientes instruebat, dicens, vident̄ mihi qui loquunt̄ verba veritatis, & qui illuminant animas hominū similes eē radijs solis. Qui vt p̄cesserint & apparuerint mundo cælari vltra, aut occultari nullatenus possunt, dum non tam vident̄ ab hominibus quā videre oibus p̄stant. Vnde & bene ipsa p̄ se veritas ad veritatis p̄cones ait: Vos estis lux mundi, & non p̄t̄ ciuitas abscondi supra montē posita, neq; accēdunt lucernā, & ponunt eam sub modio, sed supra candelabrum, vt luceat oibus q̄ in domo sunt. Si q̄ ergo his obiederit, deo vt d̄ctum est, magnum munus offert. Qui autē his restiterit, aut inobediēs extiterit non his, sed dño saluatori nostro, cuius legatiōe fungunt̄, resistit, p̄pter quod primū est oīm iustitiā dei regnūq; eius inquirere, & suis iussionibus obtēperare. Iustitiā q̄dē vt recte agere doceamus. Regnum vero vt quē sit merces posita laboris, & patiētīe, nouerimus, in quo est bonis quidē æternorū remuneratio, his autē qui contra voluntatē eius egerunt: p̄ vniuscuiusq; gestis p̄cenā digna restitutio. hic ergo, hoc ē, in p̄nti vita positos, oportet nos agnoscere voluntatē dei, vbi & agēdi & sacrificandi ē locus. Quoniā in alijs locis sacrificare, & missas celebrare non licet, nisi in his in q̄bus ep̄us p̄p̄ri iusserit, aut ab ep̄o regulariter ordinato, tenēt̄ videlicet ciuitatē vbi consecratus fuerit. Aliter em̄ non sunt hæc agēda, nec rite celebranda, docēt̄ nos nouo & veteri testamento. Hæc apl̄i à dño acceperunt, & nobis tradiderūt hæc nos docemus vobisq; & oibus absq; rēphē sione tenere & docere q̄bus agēdum ē mandamus, vnaquāq; & em̄ restēpus suum habet & locum. Op̄e hic locus ē, tēpus vero meritō ē seculum futurū. Ne ergo impediamur, ordinē locorū ac tēporū p̄mutantes, primo quā sit dei iustitia requiramus, & tanq̄ iter acturi abundāti viatico bonis opibus repleamur, quo possimus ad regnum dñi tanq̄ ad vrbē maximam puenire. Deus em̄ his q̄ recte sentiunt p̄ ipsa opa mundi quā facit manifestus est, ip̄sus creaturæ suæ vtēs testimonio, & ideo cum de deo dubitatio eē non debeat, de sola nunc eius iustitia requiramus & regno. Ideo p̄suadeo primū iustitiā eius eē requirēdam, vt p̄ hanc iter agētes, & in via veritatis positi v̄z, p̄phetam inuenire possimus, non velocitate pedum, sed bonorū op̄e velocitate currētes, vt ip̄o duce vsi, nullum viæ huius patiamur errorē. Si em̄ ip̄m sequētes ingredi meruerimus, illam quo puenire cupimus ciuitatē, omnia iā (de q̄bus quærīt) oculis videbimus tanq̄ hæredes omnium facti. Intelligite itaq; viam eē hunc vitæ n̄ræ cursum, viatores q̄ nos instruūt, vel bona opa gerunt, portā vero p̄phetā, de quo dicimus vrbē regnū eē in quo residet oīpotēs p̄f, quē soli videre possunt hi q̄ mundo sunt corde. Non ergo nobis difficilis videat̄ huius itineris labor, quia in fine eius requies erit. Nam & ipse verus p̄pheta ab initio mundi p̄ seculum currēs, festinat ad requiē. Adest em̄ nobis oibus diebus, & si q̄n necesse ē apparet, & corrigit nos, vt obtēperātes sibi ad vitā p̄ducatur eternā. De his autē q̄ negligūt viā salutis, & adhuc nō s̄nt fideles, & p̄ceptis ei⁹ suorūq; p̄ntificū iussioibus inobediēs vel cōtumacia

C ¶ Dñs n̄r Iesus Ch̄sus mittēs discipulos suos, p̄cepit nobis, dicens, vt in quicūq; (ces eis existūt ciuitatē aut domū introierimus, dicamus, pax huic domui. Et si q̄dē (ingit) fuerit ibi filius pacis, veniet sup eū pax v̄ra. Si vero nō fuerit pax v̄ra ad vos reuertet̄. Exeuntes autē de domo vel de ciuitate illa, etiā puluerē q̄ adhæserit pedibus v̄ris excutiatis sup eos. Tolerabilis erit terrę Sodomorū & Gomorrhæorū in die iudicij, q̄ illi ciuitati vel domui. Qd̄ vtiq; ita demū fieri f̄cepit, si prius in ciuitate vel domo veritatis sermo p̄dicet̄, ex quo recipientes veritatis fidē filij pacis & filij dñi fiāt, vel nō recipientes arguāt̄ quasi inimici pacis & dñi. Ita ergo & nos mḡsi instituta sectātes pacē p̄ponamus auditoribus, vt absq; vlla p̄turbatōe possit via salutis agnosci Qd̄ si qs pacis verba nō suscipit, neq; acquiescit veritati, scimus aduersus eū pugnā verbi mouere, & arguere acrius confutādo ignorantiā, & redarguēdo p̄ctā. Necessario igit̄ pacē p̄ponimus, ut si qs ē filius pacis, pax n̄ra ueniat sup eū, ab eo autē qui se alienum pacis effecerit, regredietur

Epistola quarta Clementis pape.

Eo, XI.

dietur ad nos pax nostra. Et itez in mandatis habemus, vt venientes ad ciuitatē discamus quis in ea dignus sit, vt apud cibum sumamus, vt quāto magis cōuenit noscere qs qualis priusve fit his cui immortalitatis verba credenda sunt. Solliciti enim & valde solliciti esse debemus, ne margaritas nostras mittamus ante porcos.

¶ Sed & alias ob causas vtile est viri huius habere noticiā. Si em̄ sciam quia in his de qbus nō potest dubitari qd bona sint emendatus est & inculpabilis, hoc est si sobrius, si misericors, si iustus, si mitis & humanus, q̄ vtiq; bona esse nullus ambigit, tūc cōsequēs videbit vt ei q̄ obtinēt bona virtutū, etiam qd deest fidei & scientiæ conferat, & in qbus maculari videtur eius vita, quæ est in reliqs probabilis emendet. Si vero in his q̄ palam sunt peccata inuolutus permanet inq̄natus, non me oportet aliqd de secretioribus & remotis diuinæ scientiæ proloqui, sed magis protestari & cōuenire eū vt peccare desinat & actus suos à vicijis emendet. Quod si ingesserit se, & pro-uocauerit nos dicere q̄ eum minus recte agentē non oporteat audire, prudenter eū debemus eludere. Nam nihil omnino respondere auditorū causa vtile nō videtur, ne forte existimēt nos respōsionis penuria declinare certamen, & fides eorū ledat nō intelligentia propōsiti nri magna cōtumelia & graue nobis erit peccatū, si ita desipiamus vt videamus eū q̄ idola colit, esse sobriū nos q̄ deū colimus sobriū esse recusemus. Nō hoc fit inter nos, sed magnū habeamus studiū, vt si illi q̄ errant homicidiū non faciūt nos ne irascamur qdem. Et si illi adulterium nō committunt, nos nec cōcupiscamus qdem alienā mulierē. Si illi amant proximos suos nos diligamus etiā inimicos nostros. Si illi mutuo dant his q̄ habent vnde reddant, nos etiā his demus, à qbus recipere nō speramus. Et p̄ oia nos q̄ æterni seculi hereditatē speramus, debem⁹ p̄cedere eos q̄ p̄s tm̄ seculū nouerūt, scientes q̄ si opera illoꝝ nostris operibus collata, in die iudicij similia inueniant ac paria, confusio nobis erit qd æquales inuenimur in operibus his q̄ propter ignorantia condēnantur, & nullā spem futuri seculi habuerūt. Et vere digna confusio est, vbi nihil amplius gessimus ab his quibus amplius intelleximus. Quod si cōfusio nobis erit æquales his inueniri in operibus bonis, qd erit nobis si inferiores nos ac deteriores examinatio futura reperiat. Audite ergo quō de his nos ipse verus propheta docuerit.

¶ Ad eos autē qui negligunt audire verba sapientiæ ita ait: Regina austri surget in iudicio cū generatione hac, & condemnabit eā, q̄a venit à finibus terræ audire sapientiā Salomonis. Et ecce plusq; Salomon hic & nō audiunt. Ad eos vero q̄ de malis actibus gerere detractabant p̄nitentiā, ita ait, viri Ninuicitæ surgent in iudicio cū generatione hac, & condemnabūt eā, q̄a p̄nitentiā egerūt in p̄dicatione Ionæ, & ecce plusq; Ionas hic. Videtis ergo quō eos q̄ erudiebant ex lege adductis ad exemplū illis q̄ ex gentili ignorantia veniebāt & ostendēs eos nec æquales illis esse q̄ in errore positi videbant ex ipsa tm̄ cōparatione cōdemnatos. Ex quibus omnibus vt mox quē proposuimus approbat, vt testimonia q̄ aliquatenus etiā ab his q̄ in errore sunt positi custoditur, multo purius & attentius p̄ singulas q̄sq; sicut supra ostēdimus species à nobis q̄ veritatē sequimur teneat, eo magis q̄ apud nos obseruatia eius premia eterna sunt posita. Aliter em̄ nemo saluus esse poterit, nisi his obseruatōibus pro virib⁹ operā dederit. Deus vos in sua voluntate vnūqueq; in suo ordine semp custodiat fratres, & sibi placere in omnibus cōcedat, Amen.

Epistola quarta sancti Clementis pape eiusdem

scripta discipulis suis, qui malorum hominum persuasionibus aliquatenus deuiarant, & gentibus inter quas habitabant.

Clemens Romanæ vr̄bis episcopus charissimi fratribus Iulio & Iuliano ac reliqs cōsodalibus nostris, gentibusq; quæ circa vos sunt. Oportet fratres omnes doctores q̄ ad salutem animarum instituti sunt, & ad lucrandas animas episcopi sunt consecrati, pro cunctis sollicitudinē gerere, & errantes ad viā veritatis & ad portū salutis reducere. Et licet propter gentes q̄ circa vos sunt in modico vos errasse cōtigerit, melius est tamen redire ad veritatis viā quā diutius in ipso errore perseverare. Quoscūq; enim de his qui vos errare fecerunt, vel de his qui adhuc verbum p̄dicationis nō audierūt potestis vobiscū assumite, & ad viam veritatis reducite, ne infructuosi domino inueniamini. Et quoniā quidem sicut à cultore neglecta terra spinas & tribulos necessario producit, ita sensus vester longi tēporis incuria multas & noxias opinioniones regit, & intelligentias falsæ scientiæ germinauit, opus est nūc multa diligentia ad excolendū rus mentis vestræ, vt hic sermo veritatis (q̄ est verus & diligens cordis colonus) assiduis excolat disciplinis. Vestrū ergo est prebere obedientiā & occupationes, ac sollicitudines superfluas amputare, ne bonū verbi semen enecet noxium germē, potest em̄ fieri vt multi tēporis negligentia, breuis & assidua reparat diligentia, incertū nāq; est vniuscuiusq; tempus vitæ. Et ideo festinandū est ad salutē, ne forte cūctantē mors repētina præueniat, & ob hoc acrius

Epistola quarta Clementis pape

acrius innitendum est, vt (dum est temporis spacium) collecta malæ consuetudinis vitia reseruent. Quod non aliter facere poteritis, nisi vt irascamini quodammodo aduersum vosmetipsos, p his quæ inutiliter gessistis, ac turpiter. Hæc enim est utilis vita, & iusta, & necessaria iracundia, vt vnusquisque in quibus errauit & propter gessit, indignetur & semetipsum accuset. Ex qua indignatione accedit in nobis ignis quidam, qui velut agro sterili immixtis consumptis & excoctis radicibus pessime voluntatis, bono semini verbo dei fecundioris cordis preparet glebâ. Puto autem quod satis dignas habeatis causas iracundiae, ex quibus iustissimus ignis iste coalescat, si consideretis in quâto vos errores deduxerit ignorantiae malum, quâtoque lapsus & quâta precipitia ad peccandum dedit, à quâto vos bonis abstraxit, & in quâta precipitauit mala, & quod est super omnia grauius quod vos in futuro seculo æternis poenis obnoxios fecit. Nōne p his omnibus vbi vobis veritatis lumē effulsit, ignis iustissimæ indignationis accendit, & iracundiae deo placitæ intra vos cōfurgit incendit, quo consumat & radicitus intereat omne germē quod forte in terra malæ concupiscentiae pullulauit. Vñ & ipse qui misit nos cum venisset, & omnem mundum vidisset ad maliciam declinasse, nō continuo ei pacem in erroribus posito dedit, ne eum confirmaret in malis, sed ignorantiae eius ruinas sciam veritatis opposuit, vt si forte respiceret, & lumē veritatis aspiceret, deceptos se, & in precipitia erroris abstractos merito doleret, & iracundiae salutaris ignem aduersum deceptricem suam conciperet ignorantiam. Ob hoc itaque dicebat ignem veni mittere in terram, quem volo vt accendat.

D ¶ Est ergo pugna quæ dicitur quæ gerenda nobis est in hac vita. Sermo enim veritatis & scientiae necessario separat homines ab errore & ignorantia, sicut facta per eam videmus putrefactas & emortuas carnes corporis à connexionem viuentium membrorum ferro secatis separari. Tale ergo aliquid est quod ait veritatis agnitio. Necessesse est enim, vt salutis causa filius (verbi gratia) qui sermonem receperit veritatis à patribus separet incredulis, aut rursum, pater separet à filio, aut filia à matre. Et hoc modo interpropinquos atque consanguineos credentes, atque incredulos, scientia atque ignorantia veritatisque & erroris pugna consistit. Et ob hoc itaque dicebat qui nos misit, non veni pacem mittere in terram, sed gladium. Quod si dicit aliquis & quomodo iustum videtur separari filios à patribus? Audi quomodo, quia cum ipsis si in errore permaneat, neque illis perderunt, & ipsi cum illis pariter interibunt, iustum igitur & valde iustum est separari eum qui saluari vult ab eo qui non vult. Sed & illud aduerte, quia non ex illis qui rectius intelligunt, venit ista separatio, illi enim volunt eum pariter & perdesse his & docere meliora. Sed proprium est ignorantiae vitium, vt confutantem se, veritatis lucem non ferat hinc de proximo. Et ideo ex illis ista nascitur separatio. Nam qui scientiam veritatis accipiunt, quia bonitatis plena est, tanquam à bono deo data cupiunt eam si fieri potest cum omnibus hinc cōtem. Etiam cum his qui oderunt eos, & persequuntur. Sciunt enim quia peccatum ipsorum causa ignorantiae est. Propterea denique ipse magister cum ab his qui ignorabant eum, duceret ad crucem, orabat pro eis, p interfectores suos, & dicebat, pater, dimitte eis peccatum, quia nesciunt quod faciunt. Imitantes quoque discipuli magistrum etiam ipsi cum paterent, filii p interfectores suos orabant. Quod si disciplina nobis est orare etiam p interfectores & persecutores nostros, quomodo non etiam parentum & propinquorum persecutiones ferre, & p conuersione eorum, orare credimus?

E ¶ Cum deinde etiam diligentius consideremus, quæ sit nobis causa parentes diligendi, p eo inquit, quia vitam nostram vident auctores. Auctores quidem vitam nostram, parentes non sunt, sed ministri. Non enim vitam prebent sed ingrediendi nobis ad hanc vitam exhibent ministerium, auctor autem vitam vnus & solus est deus. Si autem auctorem vitam diligere volumus, illum nobis esse diligendum sciamus, sed illum (inquit) cognoscere non potuimus, istos autem & nouimus, & in affectu habemus. Est igitur, non potuistis cognoscere quæ sit deus, quod tamen non sit deus p facile scire potuistis. Nam quomodo latere potuit hominem, quod lignum aut lapis aut æs vel homini materia non sit? Quod si in his quæ facile deprehendere potuistis animum ad discutendum voluistis intendere, certum est, quia & in agnitione dei impediti estis, non impossibilitatis sed ignauiae vitio, nam si voluissetis ex his ipsis inutilibus simulachris pfecto accepissetis intelligentiae viam. Certum est, quia p ferrum facta sunt simulachra, ferrum vero p ignem confectum est. Qui ignis aqua extinguit, aqua autem p spiritum mouet. Spiritus autem à deo initium habet. Sic enim dixit Moyses, propheta: In principio fecit deus caelum & terram. Terra autem erat inuisibilis & incōposita & tenebrae erant super faciem abyssi, & spiritus domini iussu quasi ipsa manus conditoris lucem separauit à tenebris, & post illud inuisibile caelum istud visibile produxit, vt superiora quidem habitaculum faceret angelis, inferiora vero hominibus, ppter vos iussu dei aqua quæ erat super faciem terrae secessit, vt terra vobis produceret fructus. Cui etiam hominibus venas lateenter inseruit vt vobis ex ea pfluere fontes & flumina, ppter nos, producere iussa est animata & omnia quæ nō vsui voluntatique seruiret. An non ppter vos venti spirant: vt ex ipsis concipiunt fructus nobis terra parturiat: Nōne, ppter vos ibres pfluunt & tpa vicissitudines mutant: Num ppter vos sol oritur, & occidit, & mutationes luna ppetit: ppter vos mare exhibet fructum suum, vt vobis ingratia cuncta subiaceant. Nōne p his omnibus iusta erit ultio peccatorum? Quia hominum omnium largitor est quem ante omnia & agnoscere & venerari debuistis solum

preca

præ cæteris ignoratis: Sed & nunc p idē vos adhuc in intelligentiā eius duco. Videtis etenim quod oia gignunt ex aquis, aqua vero p vnigenitū ex initio facta est, vnigeniti vero oipotens deus ca put est, p que tali ordine, vt supra diximus, peruenit ad patrē. Cū autē pueneritis agnoscite hanc esse voluntatē eius, vt p aquas q̄ primę create sunt denuo renascamini. Qui em̄ regeneratus fuerit p aquā bonis opibus repletus, hæres efficit eius a q̄ in incorruptione regeneratus est. Propter qd̄ paratis animis accedite q̄si filij ad patrē, vt peccata v̄ra diuani & causa eorū sola ignorātia fu isse p̄bet apud dñm. Nā si post agnitionē horū pmanetis in incredulitate vobis iam p̄ditōis v̄ræ causa & nō ignorātiæ reputabit, nec putetis etiā qd̄ si oēm pietatē colatis omnēq̄ iustitiā, baptisimū vero nō accipiat, spem possitis habere apud dñm, imo maiore p̄cna digni eritis q̄ bona opera nō bene opati estis. Cōfert enim meritū homini ex bonis gestis, sed si ita geratur sicut de us iubet, deus autē iustit omnē colentē se baptismo cōsignari. Quod si vos renueritis, vt v̄ræ volū tati magis quā dei obtēperetis, contrarij sine dubio, & inimici estis volūtati eius, Sed dicetis for tasse. ¶ Quid cōfert aquæ baptismus ad dei cultū? Primo qd̄, q̄ d̄ dñō placuit implē. Secūdo, q̄ regenerato ex aquis & deo renato fragilitas prioris natiuitatis q̄ vobis per hominē facta est amputatur, & ita demū peruenire poteritis ad salutem. Aliter impossibile est. Sic em̄ nobis cum sacramēto verus propheta testatus est, dicēs. Amen amen dico vobis, nisi qs̄ denuo renatus fue rit ex aqua viua nō introibit in regnū celoꝝ & ideo accelerate. Est em̄ in aqs̄ istis misericordia eius q̄dam q̄ ex initio ferebatur sup̄ eas, & agnoscit eos q̄ baptizant sub appellatiōe triplicis sa cramēti, & eripit eos de supplicij futuris quasi donū q̄ddā offerens deo aias p̄ baptismū cōsecre tas. Cōfugite ergo ad aquas istas, sole sunt em̄ q̄ possunt vim futuri ignis extinguere. Ad quas qui morat accedere, cōstat in eo adhuc infidelitatis idolū permanere, & ab ipso prohiberi ad aqs̄ properare q̄ salutē conferunt. Siue em̄ iustus siue iniustus, baptismus p̄ oia necessarius ē, iusto q̄ dem vt adimpleat in eo p̄fectio & regeneret deo, iniusto vero vt p̄ctōꝝ quæ gessit, remissio cō cedat. Quibus ergo festinandū est sine mora renasci deo, & demū cōsignari ab ep̄o, id est, septi formē gratiā spūs sancti p̄cipere, q̄ incertus est vnus cuiusq̄ exitus vitæ. Cū autē regeneratus fuerit per aquā, & postmodū septiformi spūs gratia ab ep̄o, vt memoratū est cōfirmatus, q̄ aliter p̄fectus esse Ch̄rianus nequaq̄ poterit, nec sedē habere inter p̄fectos si nō necessitate, sed i cura aut volūtate remiserit, vt à beato Petro apostolo accepimus & cæteri sancti apostoli p̄cipien te dñō docuerūt & demū ex opibus bonis ostēdar in se similitudinē eius q̄ eū genuit p̄ris. Post hæc vero agnoscat dñm honorare, honor autē eius est, vt ita viuat sicut ipse vult, vult em̄ vnū quēq̄ ita viuere, vt homicidiū, & adulteriū nesciat, odiū & auaritiā fugiat, irā, superbiā, iactanti am respiciat, & execret. Inuidiā q̄q̄ & cætera his similia penitus ad se ducat aliena. Est sanē pro pria q̄dā n̄ræ religionis obseruātia, q̄ nō tam imponit hoibus q̄ proprie ab vnōq̄q̄ dñm colente causa puritatis expetit, de castimonie dico cautela cuius species multe sunt. Sed vt primo obser uet vnusq̄q̄ ne menstruatē mulieri misceat, hoc em̄ execrabile ducit lex dñi. Quod si lex de his nō admonuit, et nos vt catuli libētē volueremur in stercore, debemus aliqd̄ amplius habere aia libus, vt pote rationabiles hoies & celestiuū sensuū capaces, q̄bus summi studij esse debet ab omni inquinamēto cordis cōscientiā custodire. Bonū est autē & puritati cōueniēs etiā corpus aqua di luere. Bonū vero dico nō q̄si p̄cipale illud in q̄ mens purificat, sed qd̄ sequela sit illius boni hoc in q̄ caro diluit, sic em̄ & m̄gr̄ noster quosdā pharisæorū, & scribarū, q̄ videbant esse cæteris me liores, & à vulgo separati i crepabat dicēs eos hypocritas, q̄ ea solūmodo q̄ hominibus videbā tur, purificabāt, corda vero q̄ solus deus aspicit inq̄nata relinquebāt & fordida. Ad q̄sdam ergo ex ip̄sis non ad oēs dicebat, ve vobis scribarū & pharisæi hypocritarū q̄ mūdatis calceis & parap̄si dis qd̄ de foris est, intus autem plena sunt fordibus. Pharisææ cecæ munda prius qd̄ intus est, & quod de foris est erit mundum. Vere em̄ si mens munde luce scientiæ cū ipsa fuerit munda ac splēdida, tūc etiā eius q̄ de foris est hois ipsa necessario curā gerit & carnis suæ, & ipsa purificet vbi autē ista q̄ de foris est purificatio carnis negligit certū est neq̄ de puritate mētis ac mundicia cordis curā geri. ita ergo fit vt is q̄ intrinsecus mūdus est munde sine dubio & extrinsecus, non semp̄ aut is q̄ mundatur extrinsecus etiā intrinsecus mūdus est, videlicet cū agit hæc vt homini bus placeat, sed & illa species castimonie obseruāda est, vt ne passim & libidinis solius causa fe minis coeat qs̄, sed posteritatis reparande gratia, quæ obseruātia cū etiā in nō nullis pecudibus inueniat, pudoris est si nō ab hoibus rationabilibus & deū colētibus obseruatur. Ergo oēs pecca uerūt, & egent auxilio dei propter qd̄ charissimi sectamini semp̄ charitatē & emulamini melio ra & spiritualia & adiuuate vos inuicē, vt dñō semper in omnibus placere valeatis. Amen.

Epistola quinta sancti Clementis pape. de cōmu

ni vita reliquis suis discipulis scripta Hierosolymisq̄ directa,

Dilectissi-

Decreta Anacleti pape

Dilectissimis fratribus & condiscipulis Hierosolymis cum Charissimo fratre Iacobo coepo habitantibus. Clemēs epūs cōis vita frēs oibus necessaria est, & maxime his q̄ deo irrephensibiliter militare cupiunt, & vitā Apostolorū eorūq̄ discipulorū imitari volunt. Cōmunis em̄ vsus oīm quā sunt in hoc mundo oibus esse hominibus debuit, sed p̄ iniquitatē alius hoc suū esse dixit, & alius istud, & sic inter mortales facta diuisio est. Deniq̄ Græcorū quidē sapiētissimus hęc ita sciēs esse, ait, cōmunia debere eē amico rum oīa. In oibus autē sunt sine dubio & coniuges. Et sicut non pōt (inqt) diuidi aer neq̄ splē dor solis, ita nec reliqua quā cōiter in hoc mundo oibus data sunt ad habēdum diuidi debere, sed habēda esse cōmunia. Vnde & dñs p̄ pphetam loquit̄, dicēs: Ecce quā bonum, & quā iocundum, habitare frēs in vnum, & reliqua. Istius em̄ consuetudinis more retēto, etiā Apostoli eorumq̄ discipuli (vt p̄dictum est) vna nobiscū & vobiscū cōmunē vitā duxere, vnde (vt bene nostis) erat multitudinis eorū cor vnū & aīa vna, nec q̄squā eorū aut nostrū de his quē possidebat aliqd suum eē dicebat, sed oīa illis & nobis erāt cōia, nec q̄squā egēs erat inter nos. Omnes autē q̄ domos vel agros possidebāt vendebāt eos, & p̄cia eorū & reliquas res quas habebāt, afferebāt ponētes ante pedes Apostolorū, sicut nobiscū quidā vīm cognouerunt & viderūt & diuidebat singulis, p̄ vt cuiq̄ opus erat. Ananias autē vir austerus, & zaphira vxor eius qui mentiti sunt Aplis de p̄cio agrorū suorū quos vēdiderāt nobis p̄tibus in conspectu omnium aītātium, à conspectu Apostolorū p̄pter p̄ctm̄ eorū, & mendacium quod fecerunt, mortui delati sunt ambo. Cætera quā de talibus cognouimus & vidimus, nec recordatōe, nec demonstratione digna sunt. Quapropter hęc vobis cauenda mandamus, & doctrinis & exemplis Apostolorū obedire præcipimus, quia hi q̄ mandata eorū postponunt, non solum rei, sed extorres fiunt. Quæ non solum nobis cauenda, sed omnibus prædicanda sunt.

CRelatū est etiā qd̄ quidā in vris partibus commorātes, aduersant̄ sanis doctrinis, & put eis videf̄ nō scdm̄ traditiōē p̄fis, sed iuxta se nsum suū docere vident̄. Multas em̄ quidā vt audiūmus n̄ray partiū scdm̄ ingeniū hoīm ex his quæ legunt, veri similitudines capiunt, & ideo diligēter obseruādum est, vt & lex dei cū legit, non scdm̄ priam ingeniū intelligētā legat̄ vel doceat, sunt em̄ multa verba in scripturis diuinis q̄ possunt trahi ad eū sensum quē sibi vnusq̄sq̄ sponte p̄sumpsit, sed fieri nō oportet, non em̄ sensum quē extrinsecus attuleritis alienū, & extraneū debetis quærere, aut qd̄o ip̄m ex scripturaȳ autoritate cōfirmare, sed ex ipsis scripturis sensum capere veritatis. Et ideo oportet ab eo intelligētā discere scripturaȳ q̄ eā à maiori bus scdm̄ veritatē sibi traditā seruat, vt & ip̄e possit ea q̄ recte suscepit cōpetētē asserere. Cū em̄ ex diuinis scripturis integrā q̄s & firmā regulā veritatis suscepit, absurdū nō erit, si aliqd etiā ex eruditōe ac liberalib⁹ cōe studijs quæ forte in pueritia attigit ad assertionē veri dogmatis cōferat, ita tm̄ vt vbi vera didicit, falsā & simulata declinet. Incertū est em̄ etiā iuuenibus vitæ t̄ps, senibus autē iam nec incertū est: nō em̄ dubitat̄ qd̄ quātūcūq̄ est qd̄ putat̄ supeffe breue sit. Et ideo tā iuuenes q̄ senes oportet de cōuersione & p̄nitētā valde eē sollicitos, & satis agere vt de reliquo ornēt aīam suā ornāmētis dignissimis, id ē dogmatibus veritatis de core pudicitia, splēdore iustitiæ, cādore pietatis, alijsq̄ oibus, quibus comptā decet eē rōnabilē mentē. Vnde cōsiliū dātes vestrā pudicā prudentiā hortamur, vt ab apostolicis regulis nō recedatis, sed cōem vitā ducētes & scripturas sanctas recte intelligētes, quæ dño voluistis adimplere fatagatis, & cū ofone assidua dei grām obtinere merueritis. Tunc sine suspitōe mali interitus, vota possint celebrari festiua, Deus autē pacis sit cum omnibus vobis, Amen.

Incipiunt decreta Anacleti pape. de oppressione

eporū, & de accusatōe eporū, & de ordinatōe archiepōrū, & de primatibus,

& de patriarchis eorumq̄ ministris,

D Hic fuit
anno chri
104 tēpo
re Traia
ni impera
toris



NACLETVS seruus Christi Iesu in sede Apostolica Domino seruiēs, ep̄is omnibus, & cæteris cunctis fidelibus qui corā qualē nobiscum sortiti sunt fidē, gratia vobis & pax, atq̄ consolatio multiplicē à Domino in secula. Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi q̄ scdm̄ magnam misericordiam suam regenerauit nos in spem viuam p̄ resurrectionē Iesu Christi, ex mortuis in hæreditatē incorruptibilē, & incontaminatā, & immarcessibilem conseruatā in cœlis in vobis, qui in virtute dei custodimini p̄ fidē in salutē paratā reuelari in tēpore nouissimo, in quo exultabitis modicum nunc si oportet contristari in varijs tribulationibus, vt probatio vestræ fidei multo p̄ciosior sit auro, qd̄ p̄ ignē probat̄, si tm̄ tribulatiōibus experti p̄bati inueniamini. **Patiētes**